

40 COMMENT. IN I. CAP. SPHÆRÆ

propter communem forte loquendi modum, quo solemus orbem hunc terrenum, in quo nos degimus, in varias regiones distribuere. Vtriusq; porro regionis tam Elementaris, quam Aethereæ formam nobis explicabit, ac figuram.

ELEMENTARIS quidem alterationi continuæ peruvia extens, in quatuor diuiditur.

Est enim terra tanq; mundi centrum in medio omniū posita; circa quam aqua; circa aquam aer; circa aerem ignis, illic purus, & non turbidus orbē Lunæ attingens, vt ait Aristoteles in libro Meteororu. Sic enim ea disposuit Deus gloriōsus, & sublimis.

Et hæc quatuor elementa dicuntur, que viciſſim a ſemctipſis alterantur, corrumpuntur, & generantur.

Sunt autem elementa corpora ſimplicia, quæ in partes diuerſarum formarum minime diuidi poſſunt, ex quorum commixtione diuerſæ generatorum species fiunt.

Quorum trium quodlibet terram orbiculariter vndiq; circu dat, niſi quantum ſiccitas terræ humori aquæ obſiſtit, ad uitam animantium tuendam.

Omnia etiam, præter terram, mobilia exiſtunt, que ut centru mundi ponderositate ſui magnum extremorum motum vndiq; & equaliter fugiens, rotundæ ſphæræ medium poſſider.

COMMENTARIUS.

INCIPIT hic agere de regione elementari, ſeu (quod idem eſt) de mundo Sublunari, eiusq; formam, ac diſpositionem oſtendit. Sex autem breuiſſime circa hanc regionem exequitur.

PRIMO affignat quandam proprietatem elementaris regionis, quod nimirum continuæ alterationi exiſlit peruvia, id eſt, dans locum, & aditum alterationibus, quæ in ipta fiunt. Nōmne vero alterationis intellige omnē transmutationem naturalem, vt generationem, corruptionem, augmentationem diminutionem, motum localem, & alterationem proprie dictam, qualis eſt calefactio, frigefactio, &c. & de niq; omnem motum ſubſtantiam rei aliquo modo variantem. Eſt enīs elementaris regio pars illa vniuerſi, in qua continuæ fiunt rerum transmutationes.

SEGUNDO